

Prius pastoribus, quam Regibus suam Nativitatem revelavit, ut ostenderet se venisse, ut humilitatem amaret, & mundi superbia contereretur. Ginter Cor JESU conf. 6. n. 7.

27. Excitat ad reciprocum amorem.

Olim cum terribilis erat Deus, cum tonitru & pavore omnia prostravit, ait Chrysol. fugerunt homines ad idola, ad errores, ad vanitates; nam timor omnia dissipat &c. hinc Deus se nunc amabilem fecit, gratia invitat, caritate tenet, constringit affectu &c. S. punct. 150. fol. 469.

S. Bernardus ait: quanto minorem se exhibet in humilitate, tanto majorem se ostendit in caritate, & quanto pro me vilior, tanto mihi carior. S. punct. 27. f. 667.

Christus Dominus potuisset in adulta seu virili etate venire in mundum, sicut creavit Adamum. Sed maluit, ut parvulus natus, quia tenera hæc ætas singulariter amabilis est, & corda excitat ad amorem.

Seis mihi Christiane, quomodo amorem tuum erga Divinum Pusionem nasci possis? En! Redemptor tuus nascitur hyeme, nascitur media nocte, nascitur brumali frigore, reponitur in palea, in fordido stabulo, inter animalia, & pro nutrimento non habet, nisi aliquot Virginei lactis guttulas; igitur amorem tuum testaberis, si illum in arduis perferendis imiteris, injurias aeris, paupertatem, aliaque incommoda illius amore patienter sustineas. S. punct. 150. fol. 473.

Verum heu! quam crudelis est peccator, qui JESUM parvulum non tantum non imitatur, sed in eum persequitur. Audi truculentum facinus! Joannes Basilus Dux Moscoviæ valde crudelis reos conspirationis omnes delevit cum tota familia, uxore, liberis, & pecudibus. Cum milites infantulo in cunis blande ardentem peperissent, & infantulum ad Duceum tulissent, Basilus illum osculatus est quidem, sed ter cultro confossum trucidavit, imo & milites, qui infantulo pepercereant, occidi jussit. T. n. 497. Uti nam hæc crudelitas non posset imputari peccatori, qui Christo infantulo quidem blanditur, sed & illum occidit. &c.

Hic amor in eo consistit. 1. Ut morum licentiam arctiore disciplina constringamus, cum Deus immensus in utero Matris se constrinxit. 2. Ut spreis mundi illecebris castitatem amplectamur, cum Deus Matrem habere voluisset Vir-

ginem purissimam. 3. Ut novam vitæ rationem in omni virtutum genere ineamus, cum Deus tam novum propter nos miraculum effecerit, ut Virgo hominem Deum generaret. C. Jer. 31. v. 22.

28. Grato animo adoranda, & simul timenda.

S. Odilo Abbas Cluniacensis, cum in hymno Ambrosiano ille versus cantaretur: Tu ad liberandum suscepturus hominem, non horruisti Virginitatem, in terram se semper prosternebat. Idem fecit S. Lugardis Virgo sub eodem versu: & ecce! B. V. illi apparuit, dixitque, sibi gratissimam esse sub his verbis memoriam Dominicæ Incarnationis, & revoce in mentem, quod ipsa esset Mater Dei. H. Ser. 27. fol. 271.

Sicut aurora dispulsi tenebris mundum lætificat, ita Christi Nativitas fuit aurora 1. quia fuit primum opus Redemptionis humane, cum Christus post mediam noctem ex utero Virginali genitus est. 2. Sicut aurora rorem spargit, quo herbe & plantæ vegetantur, ita Christus natus animas peccato mortuas vivificavit, & bonis operibus fecundavit. 3. Sicut aurora hominibus caecitissima, & exoptatissima est; ita sedentibus in tenebris Christi ortus fuit faustissimus. C. Osee 4. v. 3.

Postus est hic in ruinas & resurrectionem multorum. Christus nascens novam stellam accendit, & moriens solem obsecutavit, ut indicaret, quod paratus sit, suos sectatores caecitæ luce illuminare, v.g. Magos, & suos persecutores v.g. Judæos tenebris excacare.

29. Est admirabilis celo & terre.

Commovebo celum, & terram, & mare & aridam! dicit Dominus. Sed que commotio nascente Christo facta est in celo? 1. Eo momento Angeli apparuerunt pastoribus. 2. Stella insoliti splendoris Magis apparuit. 3. Circulus celestis arcus solem ambiit. 4. Anno anteriori visi sunt tres soles in unum coire. 5. Spiritus Sanctus, dum Christus baptizatur, in specie columbæ descendit. 6. In Passione Christi, dum sol in plenilunio maxime distat a luna, eclipsi universalis obscuratus est. 7. Christus post quadraginta dies, Apostolis cernentibus, in caelum elevatus est. & Post quinquaginta dies

des misit Spiritum Sanctum. 9. Casari Augusto B. V. Maria cum infante in ulnis apparuit in Capitolio, cui Augustus dein aram erexit cum inscriptione: Ara Primogeniti Dei. Postmodum Constantinus Imp. ibi templum edificavit, unde Monasterium, quod hodie dum Ara Cæli appellatur, Terra autem commota est, 1. quia Christo nascente armis hostes bella cessarunt, & pax universalis in orbe fuit.

2. Quia oracula gentium simul omnia fluverunt: 3. Quod anno tertio triumviratus Augusti, id est, quadragesimo ante adventum Christi, fons oleo per totam diem largissime fluxit. 4. Quia in Capitolio multa gentium statua conciderunt. 5. Quia Augustus non amplius voluit Dominus nominari. 6. Quia Christo intrante in Ægyptum idola corruerunt. 7. Quia Christo moriente petra scissæ sunt, & totus orbis terræ motu contremuit. &c. C. Aggei c. 2. v. 7.

Augusto Cæsari, sub quo natus est Christus, Virgo Deipara infantem ulnis gestans apparuit in Capitolio, cum jam ante ipse Oraculo Apollinis edoctus, natum esse puerum Hebræum, qui idolorum oculis silentium indixisset, eidem in Capitolio aram crexisset hoc titulo: Avapri-mogeniti Dei. Quocirca Constantinus Magnus eidem templum erexit in memoriam Dei Genitricis Mariæ, quod etiamnum vocatur Ara cæli! ubi & locus visionis Augusti ostenditur. C. in Luc. 2. v. 1.

PASSIO CHRISTI.

30. A Christo toleratur ex amore ad nobis salutem.

Avicula charadriion ex aspectu morbidi morbum contrahit: ita Christus nostros dolores in se suscepit. In Levitico ad emundationem leprosi debebant duo passeres offerri, unus occidebatur, alter occisi sanguine conspergebatur: B. Sermon. 3. n. 34. 35. C. Lev. 14. v. 4. seq.

Sicut aquila pullos gerit supra pennas, ut sagitta venatorum in se, non in illos penetrat; ita Christus dicere potest, quod olim Israelitis, vos ipsi scitis, quomodo portavim vos supra alas aquilarum. B. Sermon. 20. n. 23.

Discipulis prohibet evagationem suæ transfigurationis, ne impediatur sua passio. B. Sermon. 21. n. 12.

Fortis ut mors dilectio. Vere fortis, nam ut ait Aug. Dilexisti me plus quam te, quia mori voluisti pro me. S. punct. 153. f. 488.

Amor fuit precipuus traditor & carnis flex Christi. S. f. 527. Amor Christum nudavit, vulneravit, coronavit, crucifixit. lb. 529.

In horto necdum aderat carnifex & tamen jam sanguinem sudat, ut indicaret promptitudinem illius fundendi. S. punct. 4. f. 546. Si Christus mortuus esset pro amicis, & virtuosus, minus foret, sed pro peccatoribus morti, hoc imperceptibile: Commendat autem Deus caritatem suam in nobis. C. S. Bern. punct. 27. fol. 665.

S. Bern. ait: Nullum vinculum filium Dei ad esum nam venero potuisset, si caritatis vinculum desuisset. S. punct. 19. f. 614. Et Rupertus: colligavit Deus Pater filium in suum non imbecillitatis vinculo, sed magis caritatis imperio. lb. fol. 615.

S. Bern. ait, Clamat crux, clamat clavus, clamat vulnus, quod vere nos dilexit Deus. S. punct. 27. fol. 665.

Elegantissime S. Aug. Ecce pro impio pietas flagellatur, pro stulto sapientia deducitur, pro mendace veritas necatur, pro damnatur justitia pro iniquo, misericordia affligitur pro infideli, pro misero repletur sinceritas acetio, inebriatur selle dulcedo, moritur vita pro mortuo. Item, Filius Dei expalmatur, qui est vera palma victoris: ipis coronatur, qui peccatorum spinas corumpere venit: ligatur, qui solvit comeditos: ligno suspenditur, qui erigit elisos &c. S. punct. 27. fol. 691.

In eumce clamatur: Sicut non haustum aquæ, sed saltem anime. M. conc. 41. aff. 4. n. 12.

Sicut lapides attritione incalescunt; ita Christus in passione per ipsa verbera & vulnera in caritate fuit magis inflammatus. Costerus de Pass. Med. 4.

Ad insultationem Judæorum Christus noluit descendere de cruce, ut negotium nostræ Redemptionis non relinqueret imperfectum. Ginter Unus pro omn. conf. 10. n. 1.

31. Aggravat peccatum.

Ecclesia vocat lanceam Christi divam, clavos vero dulces. Quare? quia lancea vulneravit mortuum, clavi vivum. B. Sermon. 4. n. 30. 35.

Rex Balchazar non impetravit veniam; quia Patrem Nabuchodonosor jam antea ob peccatum gravissimè punitionem vidit. Ita indignus est venia peccatum, postquam mundus vidit illud in filio Dei, ut ait alienum, gravissime puniri. B. Sermon. 12. n. 14.

Item S. Bern. ait: Et consideratione remedii æstimo periculi mei quantitatem. S. punct. 161. fol. 519.

Si per impossibile Deus hominem aut incarnatum Angelum ad redimendum humanum genus constituisset, qui dein hæc ipsa omnia Christi tormenta passus fuisset, revera hic homo aut Angelus merito indignaretur, si post suam passionem, qua peccatum extirpare voluit, quemquam hominum peccare videret: quanto magis igitur illi dolebit Filio Dei?

Nemo est, qui non indignatur, quod Christus Dominus pro vili pretio triginta argenteorum fuerit venditus: & quoties fit, quod peccator pro vili voluptatule vendatur? Illa venditio meruit Christo, ut fuerit factus pretium totius mundi: sed quid accrescit Christo gloriæ ex altera venditione peccatoris? C. in Matth. c. 26. v. 15.

Christus Dominus in cruce puratur dexteram manum ad nostram mundi partem, videlicet ad Europam extendisse, & bene, ac felicititer; in Europa enim prævidit Ecclesiam suam usque ad finem sæculorum duraturam, illique benedixit, gravifusque est, quod ex hac mundi parte maximam electorum multitudinem, in illa die a dextris collocandam collecturus sit. Verum notandum, hæc dextera non tantum illa manus est, quæ agros sanavit, cæcos illuminavit, & miseris benefecit, sed etiam, quæ flagello armata peccatores castigavit, sicque indicavit, quod paratior sit ad punienda peccata Fidelium, quam Infidelium. Atque ideo forsitan ab experientia habemus, quod Europa frequentius, quam alia mundi partes publicis calamitatibus, bellis, fame, peste, terræmotibus, incendiis, cædibus, aliisque malis puniatur; quia peccata Fidelium, post tot beneficia, ipsamque fidei agnitionem graviora sunt, quam Infidelium.

32. Exprobrabitur peccatori in iudicio.

Non frustra iudicium instituetur in valle Josaphat prope urbem Jerusalem, ut nempe dicat Christus: *Eni haud procul est urbs Jerusalem, Mons Oliveti, Calvaria &c. ubi acerbissima quæque pro te passus sum: Ea clavorum vestigia, quibus affixus pendisti: ex perfossis vulneribus lateri: suscepti dolores tuos, ut tibi gloriam darem: suscepti mortem tuam, ut in æternum viveres, conditus jacui in sepulcro, ut tu regnares in celo* &c. B. Sermon. 33. n. 8. 9.

Tunc clamabit sanguis Christi vindictam, ut sanguis Abel contra Cainum. S. punct. 5. fol. 748.

si acc.
si acc.
si acc.

Pilatus comperta Christi innocentia fudit illum liberare, & quoniam solenne erat Judæis in Paschate unum captivum e vinculis liberatum dimittere, optionem ipsi dedit inter Christum & Barrabam latronem, quem vellent dimittere: Et ecce! pertinax populus præposuit impium Barrabam Christo, & hunc ad mortem expetit &c. Hæc impia electio exprobrabitur peccatori in iudicio: dicit Judex: Erubescite peccator, quod me Dei Filium impio homini, mala suadenti posthabueris! ut illum non offendas, me gravissime offendisti! O quam horrenda hæc exprobratio! C. in Matth. 27. v. 15. & 22.

Afferrentur & allegabuntur instrumenta & mysteria passionis, vincula & funes contra libertinos, alapa & verbera contra vindictivos, flagella contra lascivos, spine corona contra superbos, bajulatio crucis contra inultos, fel & acetum contra ebriosos, & sic cætera proportionaliter contra alia vitia &c.

33. Aliquis prodest, in aliis perit.

Christus comparatur Pellicano, qui pullos suo sanguine pascit; sed ingratos e nidodejicit, gratos autem tolerat, & amanter pascit &c. B. Sermon. 61. n. 4. & seq.

Christus in agonia sudat sanguinem, quia prævidet multis suam passionem non profuturam, ait S. Bernardus. Sen. S. punct. 2. f. 542. & M. conc. 41. aff. 2. n. 9. ad finem.

Mortuus est in cruce inter duos latrones, quorum unus salvatus, alter damnatus est, ut in illo Misericordiam Dei, in isto iustitiam intueamur, inter spem & metum viventes. Stellam in Nativitate accendit, solem in morte obscuravit; quia illuminat & exæcat.

Et hæc ipsa videtur maxima fuisse afflictio Christi in passione, quod prævidit hanc innumeris hominibus nihil profuturam. Olim de decem leprosis convalescens dixit: *Novem ubi sunt?* & tamen eorum fanitas tantum uno verbo consistit.

Quantum ergo affligit eum frustrata passio?

Quæso si Constantinus perisudum sanguinis balneum uteretur, sed sine fructu absterge lepræ, quantum dolor accresceret? Matribus occidit infantium, infinitis major est meror Salvatoris, cum videret sanguinis sui balneum tot millenis nihil prodesse. Mater aliqua, quæ vivum infantem parit, facile obliviscitur dolorum: at si infans in partu moriatur, omne solatium renuit; quia tot dolores frustra exhausti. &c. P. p. 2. disc. 21. n. 10.

Sicut

Sicut in ordine naturali eadem Medicina v.g. thermæ publicæ bene valentibus profunt, sed hæcicis, aut phthisi laborantibus nocent; ita Divini Sanguinis balneum piis Christianis in gratia Dei constitutis conducit ad salutem, tepidis autem, & peccatoribus nihil prodest, eo solum discrimine, non quidem in ordine naturali, bene autem in supernaturali, ut medicinæ vis & utilitas dependeat ex voluntate usurpantis.

34. Ardentem desideratur a Christo tanquam sua gloria.

Christus a primo conceptionis instanti negavit corpori suo gloriam connaturaliter sibi debitam, quia prætulit passionem gloriæ. S. punct. 47. fol. 183.

Celeriter festinat ad passionem in Jerusalem, ita ut mirarentur discipuli. Jam propinquus morti dicit ad Patrem cœlestem: *Pater clarifica me*, quasi passio sua gloria esset. S. punct. 47. fol. 184. & 592.

Cor ejus sicut cera liquecens præ amoris magnitudine, hinc in sudorem sanguinem coactissimum est. S. punct. 4. fol. 547.

In cruce clamat: *Sitio*, non ex desiderio haultus, sed ex desiderio amplius patiens. S. punct. 14. fol. 591.

Discipulos Emaitinos querit: *Quæ quasi parvi penderet, quæ passus est: Amantis est magna parvi pendere*, ait S. Augustinus. S. punct. 14. fol. 592.

Ad mulieres dixit: *Nolite flere*. Quare ut suam passionem in istar triumphi habebat: triumpho autem illarum non deest, S. lb. fol. 593.

Ad omnes acutationes nec verbum respondet: *Quare?* S. Chryostomus ait: *Silet, ne obstat*. Et Caietanus: *Nihil respondere voluit, ne crimen diluens dimitteretur, et crucis utilitas differretur*. S. punct. 15. fol. 599.

Eligit mortem crucis, quia hæc omnium acerbissima. S. punct. 27. fol. 670. M. conc. 33. aff. 3. n. 4.

Lancea vocatur *dira*, quia nullum dolorem attingit, velut *duces* clavi. Ait Bern. M. conc. 38. aff. 2. n. 7. & conc. 41.

Christus in circumfusione fudit illius sanguinis guttulas, ut suum patiens desiderium demonstraret. Paolletti in Pesto Circumcisionis. Ardentem desideravit deponere cum cruce ob nostram salutem. Dom. Passionis. Magi in Bethlehemi adorant Christum ut Deum, Regem, & hominem; hanc in finem obtulerunt illi thus, aurum, & myrrham. Cur autem ita? & cur Neona-

rus Salvator delectatur his donis? quia in his prævidit hos ipsos tres titulos, quibus in passione sua a Pilato ironice esset honorandus: Ecce Homo! Rex tuus? quoniam Filium Dei se faciebat: sicut ergo de parvulo nato quæso foret, qui putas puer iterum iterum Christus jam tum labatur de sua ignominia passionis. C. Oterus de Pass. Dom. Med. 29. v. 2.

Postquam Adamus peccavit ex metu sese inter arbores abscondit, & mox Deus in paradysum venit, ambulans ibi ad auram post meridiem. Ad quid illa ambulatio? Respondeo, Dei Filius jam tunc a mundi origine sibi selegit, & designavit certum lignum, quo Adamus & posterus redimeret; hinc canit Ecclesia: *Ipsè lignum tuæ notavit, damna ligni ut solvetet*. Ginchet, Unus pro om. conf. 39. n. 1.

Christus pro Patre non Monarcham, aut Principem, sed sabbum lignarium elegit, ut semper præ oculis materiam crucis haberet. Ginchet, Unus pro om. conf. 40. n. 6.

35. Perficitur ab omnibus creaturis.

Montes cruci locum, campi vepres, terra tremores, cali tenebras, mare spongiam, arbor furcam, minera ferrum, vitis acetum, terra sel dabat. Sacerdotes accusant, iudices condemnant, senes dicit devotent, mercatores vendunt, pueri irrident, discipuli fugiunt, Judas tradit, Petrus negat. Et quod maximum est hæc omnia hodieum innovant peccatores. M. conc. 33. aff. 4. n. 10. Et S. punct. 27. fol. 675. & 676.

Gentiles tempore pestis, famis, aulterius mali in usu habebant sacrificare hominem in holocaustum: ita Massilie in Gallia, cum ubi gravi plaga afflictabat, pauperum aliquis pro populo morti debebat. Cum ad capitale supplicium ducebatur, omnis populus ei maledicebat, & illi omnia infortunia imprecabatur, quæ quilibet privatus patebatur, dein in profundum maris mactabatur, aut alio modo immolabatur. Sic proportionaliter Christo evenit &c. D. 2. 30.

Regum ac Principum tyrannus illum cum Herode sprevis & delictis: Nobilium superbia illum ipsius coronavit: Divitum avaritia illum vendidit: Juventutis luxuria illum flagellavit: Militum blasphemia contra illum clamavit: Crucifigæ Mulierum impudicia vanitas illum contone induit: Gurgulionibus ebrietas illum felice & acetum potavit: Incontinentium vindicta pedus illius transfixit: Omnes peccatores onus crucis illi aggravarunt &c.

D. Glans Spirit. univers. Pars I.

37. In

36. In passione nemo vult sequi Christum, sed tantum in gloria.

Cant. 1. Sponsa clamat: Trabe me post te. Scilicet per crucem, & labores: ubi Bernardus: quam pauci post te, o Domine IESU ire volunt: cum ad te pervenire nemo sit, qui nolet &c. S. punct. 47. fol. 182. In monte Ithabor libenter versantur discipuli, in passione fugiunt: Nos libenter volumus consolationes, respiciunt passionem &c. S. punct. 47. fol. 184.

31. conaturatur, & congloficabimur. Ubi S. Leo: certa atque secreta est expectatio promissæ beatitudinis ubi est participatio Dominici passionis. S. punct. 148. fol. 459. & seq. S. Bernardus ait: Pudeat sub spinoso capite membrum esse delicatum. S. punct.

S. Bern. Ser. 7. in Cant.

354. fol. 497.

31. Christo fuit meritum necessarium ad gloriam, quanto magis nobis necessaria erit: ait enim Tertullianus: Pavos post mella gustavit. S. punct. 48. fol. 185.

Sponsa quaerens Christum interrogavit, Indica mihi, quem diligit anima mea, ubi pascae, ubi cubas in meridie? Verum cur dubitat, ait Drogo, quarat in cruce & certo invenire, ibi enim dormit, ibi pascat, ibi cubat in meridie, Nempè ingratum fuit Sponsæ Christum invenire in tormentis, itemque ingratum id est multis Christianis, qui mallent eum invenire in deliciis, & prosperitatibus. Ginthier, Unus pro omn. conf. 8. n. 4.

37. Quanta, & quam crudelis fuerit.

In huius vitæ doloribus in uno, non omnibus membris patimur: qui oculis dolet, forte auribus bene habet: sed Filius Dei dicere potuit: Omnes fluctus induxisti super me. S. punct. 140. fol. 440.

Christus erat tenerimæ complexionis, ideo longè acerbius passus est, & quidem sine ulla consolatione, ab omnibus derelictus &c. S. punct. 154. fol. 493. P. p. 2. dif. 21. n. 2. 3. seq.

Per omnia membra, nullo excepto, cruciatur acerbissime. S. punct. 154. fol. 494. Flagellatio a sex lictoribus alternatim fit. S. punct. 154. fol. 496. P. p. 2. dif. 21. n. 13. Landipergius describit, quot alapas, pugnos, icus, flagella, vulnera in tota passione receperit. S. punct. 154. fol. 496. in fine.

In cruce pendens acerbissimos dolores patitur, quia tota moles corporis intransclavatis manibus pendebat: Non habebam aliud sustentaculum, nisi clavos, ita ipse Christus ad Birgitam, interiora mea omnia arida, & contracta fuerunt: cor meum plenum erat dolore, quod quarecentissimæ naturæ erat, & optima, ideo dolor quandoque de nervis exibat ad cor: iterum a corde ad nervos, & sic augmentabatur dolor, & mors prolongabatur &c. S. punct. 27. fol. 670. P. p. 2. dif. 21. n. 15.

S. Birgit. 12. in re. 264. 4. 31.

Patitur ab omnibus, in omnibus, & per omnia. S. punct. 27. fol. 676. Alapa fuit crudelissima. M. conc. 41. aff. 3. n. 1. Similiter coronatio. P. p. 2. dif. 21. n. 14. S. Bernardus Senenf. crudelitatem passionis fuisse exaggerat ex causa efficiente, materiali, formali, & finali, cum septemuplici exaggeratione. S. punct. 27. fol. 684. & seq.

S. Thom. 3. 2. 2. q. 1. art. 2. ad 2. m. 1.

Anima Christi fuit tristitia, ac dolorum capacissima, quia sensus interni ad externos erant perfecte proportionati. P. p. 2. dif. 21. n. 6. & 8. seq.

Tormenta, quæ homines hic patiuntur, vocantur dolores virorum, sed Christus vocatur vir dolorum; quia corpore simul & anima, omnibus sensibus corporis, & omnibus potentis animæ, atque sic non suos tantum, sed aliorum etiam dolores passus est. C. Ilat. 53. v. 3.

Christus passus est in omnibus & per omnia, nam ut ait S. Thomas, passus est in amicis eum deferentibus: in fama per blasphemias: in honore per irrisiones, & contumelias: in rebus spoliatione vestium: in anima per tristitiam, in corpore per vulnera & flagella &c. C. in Matth. 27. v. 26. In cruce Christus Dominus sensit omnium Martyrum tormenta. C. in Matth. c. 27. v. 37.

Job fuit typpus Christi patientis. 1. Job bonis omnibus spoliatus fuit: ita & Christus, ipsi vestibus exutus, nudus pependit in cruce. 2. Job septem filios, Christus Apostolos & discipulos perdidit. 3. Job a capite usque ad talos, Christus toto corpore percussus, acerbissimos dolores perterrit. 4. Job ab amicis gravia probra, Christus a Judæis blasphemias in cruce perpassus est. 5. Job ab uxore, Christus a Synagoga maledictiones suscitavit &c. &c. C. Jac. c. 5. v. 11.

S. Aug. Ser. 114. de temp.

38. Est indicium ardentissimi amoris Dei erga nos.

Regina quadam Angliæ mariti venenatum iclus exugit, sic Christus venenum peccati, & langueret nostros ipse sustulit. S. punct. 153. fol. 488.

Una

Una guttula sanguinis sufficisset nostræ Redemtionis: Cur ergo omnes fudit? S. August. ait: Satis quidem salutis, sed non satis amoris. S. punct. 153. fol. 490.

Cor eius licet cera liquefcens præ amoris magnitudinem, hinc in sanguineum sudorem colloquefactum fuit. S. punct. 4. f. 547. S. Thomas de Villanova ait: si de hac caritate dubitas, testis est crux, testesclava. S. punct. 14. fol. 391.

S. Thom. 3. 2. 2. q. 1. art. 2. ad 2. m. 1.

Sicut corpora Principum anatomia aperiantur, ut pateat genus morbi, quo obierunt: ita pectus Christi fuit lancea aperta, ut pateat eum ex mera fiti plura patiendi obisse &c. P. p. 2. dif. 2. n. 17. Moyses pangens fœdus inter Deum & hominem confpexit populum vicinarum sanguine & aqua. Christus autem sanguinem & aquam e suo corde dedit ad emundationem nostram, significans Sacramentum Eucharistiæ, & Baptismi. C. Exod. 24. v. 8. Oblatus est, non quia debuit, sed quia voluit! In columna illum non fines furoris, sed vincula amoris ligarunt: in cruce illum non clavi, sed amoris spicula retinuerunt: hinc verus illi: Aut amor aut furor est, qui te bone Christe peremit? Est amor, & furor est, hic meus, ille tuus!

39. Toleratur a Christo, quæ nobis debebatur.

Regina Angliæ venenum ex mariti ulcere exugit, ita Christus languores nostros tulit. S. punct. 153. fol. 488. Cornelius a Lap. ait: Sicut poculum vini ebibitur, sic Christus calicem passionis, & pocentiam nobis debitaram ad os suum fufult, & ebibit. lb. fol. 488.

Servus quidam moritur pro Domino, cum quo vestes mutavit: quid si Dominus pro servo fuisse mortuus? & quidem pro hostili servo? Ibid. fol. 489.

S. Augustinus ita dicit: Ecce nunc pro impio pietas flagellatur, pro stolto sapientia illudatur, pro mendace veritas necatur, damnatur iustus pro iniquo, misericordia afficitur pro crudeli. &c. S. punct. 19. fol. 514.

Sicut Achan ab omni populo fuit lapidatus: ita Christus ab omnibus peccatoribus fuit in cruce actus: ille omnium peccata tulit. Proh quantum horrore sensit, cum se adeo confpictum videret! si nobilis & delicata femina induere deberet tunicam leprosi, quantum conciperet nuseam? Christus omnium peccatorum lepram suscepit &c. P. p. 2. dif. 21. n. 9. Christus noluit in infantia ab Herode

ferro occidi, sed adultus in ligno mortis, ut demonstretur, se pro peccato Adami vitam ponere, quod ille in ligno paradisi commisit. Hinc Salmeron: Dum parvulus est, fugit, magnus autem ultro se offert ad mortem; noluit enim ferro occidi, sed ligno. Ginthier, Unus pro omn. conf. 40. n. 4.

40. Demonstrat gravitatem peccati.

S. Bernardus de peccatis ait: Si hæc non essent ad mortem, nunquam pro eorum remedio Dei Filius moreretur. S. punct. 153. fol. 489. & punct. 161.

Datur serpens, qui uno morsu ex omnibus membris sanguinem elicit: talis serpens est peccatum, quod ex omnibus membris Christi sanguinem exprefit. M. conc. 41. aff. 2. n. 9.

S. Bern. Ser. 1. in Nat. Dam.

Finitis Dominica Passiois fuit, ut Deo pro innumeris peccatorum injuriis ex iustitia satisfiat, prout Christus de peccato adeo doluit, quantum id peccatum exigit. Atque hoc ipsum est, quod Christus in compensationem tot dolorum a nobis desiderat, nempe ut peccatum supra omnia alia mala detestetur. Nolite flere super me, sed super vos ipsas flere, dixit ad mulieres, quia cupit, ut super peccata lacrymas fundamus. Iste est omnium fructus, ut auferatur peccatum. Si Deus unicum peccatum novo diluvio puniret, an audeat nec peccatum illud leve dicere? certe non! cum ergo peccatum defacto integro sanguinis Divini diluvio fuerit expiatum, quis audeat dicere: quid mali est hoc fragilitas? &c. P. p. 2. dif. 21. n. 20.

Lac. 8.

Samson, ut injuriam sibi a Philistæis illatam vindicaret, columnas edificii confregit, & se una cum hostibus obrivit, cum quo vestes mutavit: quid si Dominus pro servo fuisse mortuus? & quidem pro hostili servo? Ibid. fol. 489.

Isa. 27.

S. Augustinus ita dicit: Ecce nunc pro impio pietas flagellatur, pro stolto sapientia illudatur, pro mendace veritas necatur, damnatur iustus pro iniquo, misericordia afficitur pro crudeli. &c. S. punct. 19. fol. 514.

Lau. 4. n. 100.

Sicut Achan ab omni populo fuit lapidatus: ita Christus ab omnibus peccatoribus fuit in cruce actus: ille omnium peccata tulit. Proh quantum horrore sensit, cum se adeo confpictum videret! si nobilis & delicata femina induere deberet tunicam leprosi, quantum conciperet nuseam? Christus omnium peccatorum lepram suscepit &c. P. p. 2. dif. 21. n. 9.

Christus noluit in infantia ab Herode

Lau. 4. n. 100.

41. Considerata movet animam ad penitentiam.

Cur Petrus statim egressus Flevis amarè? respondeo: Quia a servo quæsitus est, nonne te vidi in horrore in mentio horum, ubi Christus passionem incepit, ita

F 2

mo-

robuit animum Petri . M. conc. 10. aff. 2. num. 9.

Jonas in mare profici voluit, quia propter te tempestas orta est: tu in mare lacrymarum proicere, quia propter te passus est Christus. M. conc. 47. aff. 5. n. 3.

In Japonia Frater Laurentius predicabat de Passione Domini, accurrerunt gentiles, ut dicentem ludificarent: cum autem ille omnia passionis mysteria explicaret, illi in animum vehementer commoti ad baptismum anhelant. Quidam puerulus ex osculo Valneris Christi, quem in imagine depictum habebat, pariter ad fidem convertitur. R. cont. 3. p. 2. mir. 45.

Egre in concione de Passione Domini miles adeo contra Judæos crucifixores exarsit, ut Crucifixi effigiem de altari accipiens animarum populum ad capiendam vindictam contra Judæos, quos dea omnes in urbe trucidarunt. T. n. 408. tu non contra Judæos, sed contra teipsum, & contra tua peccata exardescit.

Qui ad Crucifixionem spectatum accurrerunt, revertentes percucientes peccata sua. Eni ait S. Cyrillus: Qui oculum animi in Christum cruci affixum convertit, ab omni vitæ peccati curatur, reversus per penitentiam ad Dominum, Cinther, Unus pro omni. conf. 19. n. 5.

42. Allicis peccatorem ad confidentiam, & pensendam remissionem peccatorum.

Si sanguis Abel clamavit, & exauditus est ad vindictam, an non æque sanguis Christi audietur, qui clamat ad misericordiam? si post diluvium Noemo placatio promissa est, an non etiam post diluvium dolorum? hinc S. Aug. Africa pissime pater piffimum Filium pro mo tam impia passum.

Christus Dominus omnem artem admovet, ut Judam converteret: cur non recipiat & nos, & te peccatorem? S. Punct. 153. fol. 490. 491.

Cur Dominus Deus innumerabiles Angelos propter unicum peccatum æternum damnavit, e contra hominibus nonnunquam post centena, & millena peccata veniam tribuit? Respondeo, quia pro Angelis Christus passus non est, supra quamvis autem animam in passione Domini effusa est una Divini Sanguinis guttula: hæc guttula animam super Angelos pretiosam facit.

Christus Dominus. Vultus lateris primum post mortem, non in vita recipere voluit: Quare? ut sit immedicabile, & consequenter semper apertum peccatori,

etiam gravissimo refugium. B. Ser. 12. n. 17. Anima illa pusillanimitis vix non desperavit, sed audita voce: Vide pauperatem & dolorem meum, denuo respicavit. Major & infinitus major est Misericordia Domini patientis, quam malitia offensidentis. Audi Arnoldum: Non ardeat numero non clauditur sine, nullas omnino habet metas Divina clementia, fit, qui invocet erit, qui exaudiat! S. punct. 24. fol. 100.

43. Considerata impedit, & consecrat a peccato.

Origenes ait: Certum est, ubi mori Christi animo circumfertur, non potest regnare peccatum: est enim tanta vis crucis Christi &c. Capilli sanguine perfusi dedocent superbiam cincinnos, os felle potatum ciborum delectationem &c.

Dominus meus crucifixus est, ajebat Pachomius, & ego nunc oleum comedam? S. punct. 153. fol. 491.

Ostendere vulnera, & vestes sanguine perfusas multum valet ad permovendos animos, ait Quintilianus. S. punct. 154. fol. 494.

Rex Moab filium in holocaustum offert, & obsequio solvitur. S. punct. 154. fol. 495.

Dum Christus in cruce pendebat miser, & afflictus, Judæi illum blasphemabant: e contra centurio agnovit illum tanquam verum Dei Filium, & ad fidem conversus est. Quæ causa hujus differentia. Sacre textus causam indicat, dicens de Judæis: Prætereuntes blasphemabant eum è diverso de centurione assumans: Ex adverso stabat. Ecce! qui tantum præterit, hoc est, tantum superficialiter considerat Passionem Domini, fructum non percipit: qui vero stat, id est attente perpendit, revera animatus convertitur. Lohner Bibl. v. Prudentia §. 10. n. 2.

Sancti Homines intuitu Domine passionis mira aversitatis opera exercebant: jejunarunt, diebus ac noctibus inter læteras vigilas orarunt: corpus cilicis & flagris afflixerunt. Mi peccator, nondum peto a te tam sancta opera! fac saltem hoc, ut intuitu Crucifixi a peccatis abstineas, dicens: Deus meus spiritus cononatur, & ego superbia me supra me ipsum efferam? Deus felle & aceto potatur, & ego ebrietatibus belluari ausum? Deus pro inimicis orat, & ego vindictam spiritum; sic mysteria Passionis erunt medicina contra peccata.

Off. in Epist. ad Rom.

Quint. l. 6. in 7. 11.

44. Considerata promovet ad insignem sanctitatem.

S. Paulus monet, ut Passionem Domini semper memoria circumferamus, ut non fatigemini. S. Bonaventura ait: si vis, o homo, de virtute in virtutem, de gratia in gratiam, de bono in melius proficere, quotidie quanta potes devotione mediteris passionem: nihil enim in anima ita operatur universalem sanctificationem, sicut meditatio Passionis Christi. S. punct. 153.

fol. 492. Et Albertus Magnus: Simplex recordatio Passionis Christi plus valet, quam si quis per annum jejunaret in pane & aqua. lb. fol. 492. Item 526.

Cur Christus Dominus ad passionis suæ spectaculum secum duxit Petrum, Joannem & Jacobum? Quia Petrus Primus erat Ecclesie Pastor, Joannes primus seu primarius Virginis custos, Jacobus primus pro Christo Martyr. Ut ergo ardua munera sua sancte obeant, confortari debebant spectaculo Domine Passionis. Franc. Costerus de Pass. Dom. Med. 2.

B. Elisabetha Villingensis, sanctæ austeritatis prodigium, cum aliquando prolixius quiescere vellet, audivit hæc verba: Surge filia! nam & ego amore tui ad crucem properavi: Ephem. Dom. 31. Jan.

Ante passionem Christus Dominus in hortu accendens Discipulos illos admonuit ad constantiam: Spiritus quidem promptus Math. 26. est, caro autem infirma. Hoc quilibet Christianus in tentatione, aut adversitate sibi didum putet, ut per Passionem Domini confortetur. C. in Matth. 26. v. 41.

S. Elisabetha Hungarorum Regis filia, S. Clara, Coleta, Lydvina, aspectu Crucifixi in intensissimos amoris affectus exardescunt. C. 1. Petri 2. v. 24.

45. Debet sepe, devote & attente considerari.

Sponda de seipsa ait: Sub umbra illius sedi, & meditata sum. Fasciculus myrrhe dilectus meus, inter ubera mea commorabitur. Felix anima! ubi meditatio passionis civis est, non advena. Notandum autem, quod hæc meditatio passionis institui debeat per partes singulas passionis, cum compassione. S. punct. 154. f. 493. Non vero summam. S. in prologo fol. 526.

Quia nihil est carius Christo. S. in prologo fol. 525. Vide etiam supra.

Quia nihil est fructuosius anime. lb. f. 526.

D. Claus Spicil. univerl. Pars 1.

Quia nihil magis confortat hominem ad adversa ferenda, sicut enim lignum, quod Moyses projecit in aquas, illas dulces fecit: ita lignum crucis dulcorat omnes adversitates. C. Mal. 53. v. 3.

Unde tot peccata in mundo, undetantum frigus in actionibus sacris, unde tanta impatientia, & vix non desperatio in adversis, nisi ex oblivione, & inconsiderantia Passionis Domine: qui exempla Domini patientis ante oculos habent, cum cum Apollolis gaudent, quod digni habiti sint pro Nomine JESU contumeliam pati. Nihil adeo grave, ait S. Gregorius, quod non equanimiter toleratur, si Christi Passio ad memoriam revocatur.

45. Animat ad mortificationem, & acerba ferenda.

Christus passus est pro nobis, vobis re- a. Petrus. liquens exemplum. Ubi Bernardus: pudeat sub spinoso capite membrum esse delicatum. Gofredus & Elisabetha coraniam regiam respiciunt, propter spineam Domini. Clemens Alex. ait: a ratione alienum est, ut qui audiverimus Dominum spina fuisse coronatum, habeamus capita redimita floribus. S. punct. 154. fol. 497. & punct. 21. fol. 635.

Miles Christianus lauream castrensem, quam alii in capite, in manibus gestat: causam rogatus respondit: Christianus sum. S. punct. 21. fol. 635.

S. Catharina Senensis eligit spineam præ aurea corona. S. punct. 21. f. 638. & f. 774.

Moyles itineranti populo sæpe prælegit jubet vitam Jobi, ut ejus auditu ad acerba ferenda animarentur.

Cum S. Ludovicus Rex in Syria captivus esset, venit aliquando ad eum Saladinus Princeps Saracenus, quasivique an vere in Christum passum ac crucifixum tanquam Deum crederet? credo, ajebat, Ludovicus; ergo, subinfert Saracenus, carceres & aumnas non ægre ferre debes, quas sustines ad exemplum Dei tui.

Joannes Rex Lusitanie alicuius ægroto invidens, cum carneret cum ad anaram potionem forendam persuaderi non posse, partem a narulentis perosus bibit, & sic suo exemplo ægram ad sumendum pharmacum animavit &c. D. 5. 84.

Quidam Neo-conversus Japonensis Jacobus factio ingentibus cum animi deliciis considerat vulnera Christi patientis, & quia amorem faciebat fundari in similitudine, candente ferro sibi quibus vulnera.

F 3

S. Cyril. 43. n. 7.

S. Aug. 18. 41. 120.

den successive plura ac plura inurit. R. cent. 3. p. 2. mir. 45.

S. Stephano, quia Christum spectatorem habet, lapides dulces sunt. Paoletti in Fello S. Stephani. Vide etiam C. 1. Petri c. 2. v. 23.

47. *Se sola non sufficit sine nostra cooperatione.*

S. Bernardus ait: Christo JESU debes omnem vitam tuam, quia ipse vitam suam posuit pro vita tua. S. punct. 156. f. 502.

2. Reg. 9. *Ecce! quod remansit pone ante te!* Quid remansit? S. Gregorius ait: remansit aliquid, quia non omnia Christus implevit, hinc Apollolus: Adimpleo ea, quae desunt passionibus Christi. &c. S. punct. 27. f. 661.

Christus Discipulis praedixit suam mortem, & dum tristerentur, subintulit: Quid tristamini? Dico vobis, nisi vos ipsi moriamini, nullum vos sequetur emolumentum. Brev. in Oe. S. Laur. Lect. 9.

Fusus est sanguis medicus, & factum est medicamentum phrenetici, & factum est S. Augustinus: Nota, medicamentum debet sumi, & applicari! Et alibi ait, ut a peccato sanetur, Christum Crucifixum intueamur, sicut Israelite in deserto intuiti sunt serpentem anem! qui inuentur, sanatur a moribus peccatorum.

Omnis creatura comparietur Christo, ait S. Hieronymus, sol obscuratur, terra movetur, petrae seinduntur, velum templi dividitur, sepulera aperiuntur! Igitur necesse est, ut etiam homo conteratur, & per compassionem se participem reddat meritorum passionis! quis enim credit, Christum fuisse coronatum spinis, ut nos coronemur rosis? quis credit, Christum fuisse flagellatum, ut nos volaptatibus fruamur? Quis credit Christum se junctur, ut nos delicate helluemur? &c.

48. *Est intellectui imperceptibilis.*

S. Laur. Justinianus ait: Contristatur, per quem contristati recreantur: contristatur gaudium, pavet fortitudo, timet virtus, gloria tedium patitur, beatitudo denigratur, confunditur majestas, claritas obscuratur &c. S. punct. 1. fol. 535.

Deus exactim patitur: ubi enim sapientia, ubi potentia, ubi maiestas &c. plane alienatus est a se, ut tu redeas ad te. S. punct. 27. fol. 665. Vide supra Antitheses S. Augustini citatas ad fol. 691. R. p. 2. disc. 21. n. 19.

Actiones omnes Christi dignificantur a persona Divina; ita ut sint insigni valoris, & hinc unicum suspitum sufficere Redemptioni humanae. Philippus II. Rex Hispaniae pingebat imagines, quas velut ab alio factas interdum vendidit, & pretium pauperibus distribuit. Magnates de auctore clam edocti ejusmodi imagines ingenti pretio comparabant: Cui? non propter artificium, sed propter artificem &c. T. n. 228.

Imperceptibile est, quod Deus ab aeterno amari hominem, sine quo, etiam non creato, fuisset felicissimus! Imperceptibile est, quod Deus immortalis naturam mortalem induerit! Imperceptibile est, quod humanas infirmitates, famem, sitim, frigus, aestum aliisque susceperit! Imperceptibile est, quod amore hominis ad tormenta, & amarissimam mortem fe obtulerit! Imperceptibile est, quod Deus immortalis in nostram redemptionem mortuus sit! Angeli obvelant faciem, quia haec mysteria capere non possunt! Quid nos dicemus?

49. *Non satiat desiderium Christi plura patienti.*

Quaestio est cur Christus in cruce non voluerit gustare acetum oblatum? Respondet, quia acetum sinit profluvium sanguinis: ita Dioscorides: *Acetum rumpentem undique sanguinem potu sinit.* Et Plinius: *Spongis vulnera utilissime foventur, sanguinis profluvium sinitur ex aceto, aut frigida.* Ne igitur Christus moreretur sanguinis fluxum, noluit bibere. D. 3. 10. in medio.

Cur Christus voluit post mortem vulnerari in pectore? Nobiles, cum incoegnitio morbo moriuntur, post mortem anatomica sectione aperiuntur, ut morbi causa appareat: ita Christus fuit apertus, ut pateat eum ex mera fiti patienti plura mortuum fuisse. Segn. Hom. Chr. p. 2. disc. 2. n. 15.

Christus coram iudicibus, ipsoque Pilato potuisset suas accusationes evidenter confutare, sed tacuit, ne a Praeside dimitteretur, & utilis crucis impediretur, ait S. Hieronymus. C. in Math. 27. v. 12.

Sicut ovis ad occisionem ductus est, coram tonante se obmutuit: in illa consione, qua non lana & vestis, sed pellis, caro, sanguis, & vita flagellis, clavibus, & plagis illi abrasa est, non genuit, non obstrepuit, non resistit, sed omnia sustinuit, ne passionem impediret, mitior agno. C. Ista. 53. v. 7.

50. *Passionis consideratio & imitatio grata Christo.*

Fratrum quidam suo Priori plenus confidentia dixit in morte: Vado ad beatitudinem. Quasi praeferret: & reposuit frater: Quia quoties transivi coram Crucifixo semper dixi hanc orationem: Domine per illam amaritudinem, quam pro me sustinuit in cruce, miserere animae meae in egressu suo &c. E. Passio 3.

Quidam Religiosus rogavit Dominum, quale obsequium maxime gratum illi exhibere possit? & reposuit Dominus: Si in corde portes crucem meam per compassionem: in ore devotam gratiarum actionem: in auribus avidam audicionem: in dorso assidam macerationem. E. Passio 5.

B. Angela interrogans Christum, quod obsequii genus esset illi gratissimum? & audiit: Gratius obsequium exhibere mihi non potes, quam si sapius respicias in vulnera mea. N. 21. Jan.

S. Spiridon Episcopus Cypri in aulam Constantini vocatus, cum vili tunica compareret, ab aliquo aulicorum alapa percussus, cito alteram maxillam percipientem praebuit. Ideo veniam rogatus, & ab Imperatore magni habitus fuit. S. Stephanus Abbas cum sibi amicum credit, qui sibi molestia aliquid irrogasset. Pro contumeliis gratias egit. S. Martinus ignotus sibi militibus flagris & fustibus exceptus, mire patiens sinit. Illi magis furescentes Virum Dei cruentarunt, & toto corpore vulnerarunt. Cum abire vellent, iumenta eorum nullis flagris loco moveri poterunt. Redeuntes ergo ad cor intellexerunt, S. Martinum fuisse, quem perpeperat libere abire poterunt. C. Ista. 53. v. 7.

51. *Exigit nostram compassionem.*

Quidam Anglus itinerans in terram sanctam, cum transiret in hebdomada majore silvam, vidit ibi plurimas aviculas, nullas tamen audire cantantes. Quasi ergo causam ex focio Saraceno, & iste reposuit, silvam hanc toto anno animari a tanto volucrum, illas tamen in septimana Passionis Dominice emori, & in Fello Resurrectionis reviviscere. E. Passio n. 6.

Anachoreta rogavit Christum, tibi revelaret, quodnam esset gratissimum illi obsequium, habuit Dei Filium sibi apparentem cum cruce, dicentemque, non esse sibi gratius obsequium, quam meditationem suae passionis. E. Passio n. 7.

Christus Dominus cum pra infirmitate crucem portare non posset, Iudaei coegerunt Simonem Cyrenensem, hominem gentilem, portare post Christum crucem, ut indicaret, crucem datam esse Christianis ex gentilitate convertis. Et veroliti alacres portarunt crucem post Christum per martyria, per poenitentias, per austeritates corporis &c. Costerus de Pass. Dom. Med. 31. §. ult.

Judam Machabaeum pro Dei gloria & patriae salute interfectum deploravit omnium populus: quanto magis compari, & deplorare debemus Christum Redemptorem pro nobis mortuum! Ginter, Unus pro om. conf. 106. n. 2.

A Christo vocatur Christiani: igitur non Christi nomen solum ferre, sed etiam vitam imitari debemus: Christus vixit in fame & paupertate, igitur non in divitiis eluhati: Christus viam spinea incedit, igitur non in rosis ambulare: Christus pro persecutoribus oravit, igitur non vindictam contra inimicos spirare debemus, & quae funt similia.

52. *Exstimulat ad patientiam.*

Christus vocatur quasi Agnus mansuetus, qui portatur ad victimam, ubi alii legunt, quasi Agnus duxor gregis, ut significetur, quod omnes Martyres suo exemplo

S. Carpus Episcopus, Discipulus S. Pauli, cum audiret duos Naophylos nuper ad sanctam fidem convertos, denuo ad idololatriam defecisse, vehementer indignatus, rogavit Dominum, ut perfidos apostatas quancumque in ignem infernalem periret. Apparuit autem illi Christus in nubibus, & indiseretum illius zelum austeri oburgatione correxit, inquit: Itane tu damnas, & aeternum reicis, pro quibus ego paratus sum, iterum crucifigi, & pro his sigillatim omnia tormenta pati, quae pro humano genere passus sum! &c.

50. *Passionis consideratio & imitatio grata Christo.*

Fratrum quidam suo Priori plenus confidentia dixit in morte: Vado ad beatitudinem. Quasi praeferret: & reposuit frater: Quia quoties transivi coram Crucifixo semper dixi hanc orationem: Domine per illam amaritudinem, quam pro me sustinuit in cruce, miserere animae meae in egressu suo &c. E. Passio 3.

Quidam Religiosus rogavit Dominum, quale obsequium maxime gratum illi exhibere possit? & reposuit Dominus: Si in corde portes crucem meam per compassionem: in ore devotam gratiarum actionem: in auribus avidam audicionem: in dorso assidam macerationem. E. Passio 5.

B. Angela interrogans Christum, quod obsequii genus esset illi gratissimum? & audiit: Gratius obsequium exhibere mihi non potes, quam si sapius respicias in vulnera mea. N. 21. Jan.

S. Spiridon Episcopus Cypri in aulam Constantini vocatus, cum vili tunica compareret, ab aliquo aulicorum alapa percussus, cito alteram maxillam percipientem praebuit. Ideo veniam rogatus, & ab Imperatore magni habitus fuit. S. Stephanus Abbas cum sibi amicum credit, qui sibi molestia aliquid irrogasset. Pro contumeliis gratias egit. S. Martinus ignotus sibi militibus flagris & fustibus exceptus, mire patiens sinit. Illi magis furescentes Virum Dei cruentarunt, & toto corpore vulnerarunt. Cum abire vellent, iumenta eorum nullis flagris loco moveri poterunt. Redeuntes ergo ad cor intellexerunt, S. Martinum fuisse, quem perpeperat libere abire poterunt. C. Ista. 53. v. 7.

51. *Exigit nostram compassionem.*

Quidam Anglus itinerans in terram sanctam, cum transiret in hebdomada majore silvam, vidit ibi plurimas aviculas, nullas tamen audire cantantes. Quasi ergo causam ex focio Saraceno, & iste reposuit, silvam hanc toto anno animari a tanto volucrum, illas tamen in septimana Passionis Dominice emori, & in Fello Resurrectionis reviviscere. E. Passio n. 6.

Anachoreta rogavit Christum, tibi revelaret, quodnam esset gratissimum illi obsequium, habuit Dei Filium sibi apparentem cum cruce, dicentemque, non esse sibi gratius obsequium, quam meditationem suae passionis. E. Passio n. 7.

Christus Dominus cum pra infirmitate crucem portare non posset, Iudaei coegerunt Simonem Cyrenensem, hominem gentilem, portare post Christum crucem, ut indicaret, crucem datam esse Christianis ex gentilitate convertis. Et veroliti alacres portarunt crucem post Christum per martyria, per poenitentias, per austeritates corporis &c. Costerus de Pass. Dom. Med. 31. §. ult.

Judam Machabaeum pro Dei gloria & patriae salute interfectum deploravit omnium populus: quanto magis compari, & deplorare debemus Christum Redemptorem pro nobis mortuum! Ginter, Unus pro om. conf. 106. n. 2.

A Christo vocatur Christiani: igitur non Christi nomen solum ferre, sed etiam vitam imitari debemus: Christus vixit in fame & paupertate, igitur non in divitiis eluhati: Christus viam spinea incedit, igitur non in rosis ambulare: Christus pro persecutoribus oravit, igitur non vindictam contra inimicos spirare debemus, & quae funt similia.

52. *Exstimulat ad patientiam.*

Christus vocatur quasi Agnus mansuetus, qui portatur ad victimam, ubi alii legunt, quasi Agnus duxor gregis, ut significetur, quod omnes Martyres suo exemplo

anteverit, eosque sua passione animaverit ad mortem generose ferendam; hinc Christus Agnus occisus fuit ab origine mundi prefiguratus 1. in Sacrificio Abels, 2. in ariste, seu Agno maculo, quem pro Isaac immolavit Abraham. 3. In Agno Paschali. 4. In jugi Sacrificio. 5. In altis agnis ex lege immolatis. Hinc S. Joannes Judæis Christum, verum Messiam sub specie Agni demonstravit. C. Jerem. 11. v. 19.

Dux Antesignanus Martyrum, fecitque suo exemplo, ut Sancti magna cum alacritate & desiderio ad martyrium festinarent. C. in Matth. 10. v. 32.

Obviam processit Historicus, ad captivandum se missis, ut tria nos sua passione edoceret: 1. Suam innocentiam; nocens enim fugit suos apparitores. 2. Suam Majestatem ac fortitudinem, qua ut Dominum moderari potuit hostium furorem. 3. Libertatem, qua ultra se Judæ obtulit, ne putaretur inquit captivari. Maxime autem edocere nos voluit magnanimitatem, qua adversis generose obviam ire debemus. Leo in hostes irruens claudit oculos, ne venabala videat: ita Christus cæco modo progreditur ad excipienda adversa. C. in Matth. 26. v. 46.

Christus in Passione illusiones gravissimas toleravit, ut formam patientem se nobis præberet: *In hac passione*, ait S. Bernardus, *tria specialiter convenit intueri;*

1. Sermonem in opere patientiam, in modo humilitatem, in causa caritatem commendat.

Præterea Christus hac patientem confortavit Martyres in illusionibus tyrannorum. C. in Matth. 26. v. 58. Dux Abimelech in montem Salmon ascendens, ibi arboris ramum absceidit, & humero imposuit, dicens ad suos milites: *Quod me vidistis facere, cito facite.* Sic Christus Dux noster patiens, & crucem bajulans videtur nos omnes exhortari, ad crucem similiter ferendam. Ginter, Unus pro omnibus conf. 47. n. 1.

Ad transfigurationem ad montem Thaborum tantum tres discipulos secum sumpsit, sed in monte Golgothæ pendens in cruce innumerabilem populum spectatorem habere voluit; Quare? Quia omnes voluit docere patientiam tanquam Magister patientia. Ginters, Unus pro omni. conf. 129. n. 1.

Dicere solebat S. Augustinus: *Nolo scire vulnere esse, quia te Dominum video vulneratum.* C. Eccl. 2. v. 1. ad fine n. Ad perferendas ærumnas & dolores lin-

gulare remedium & refugium est Passio Christi: S. Elzarius Comes interrogatus, quomodo ad tantam animi mansuetudinem pervenisset, respondit, per meditationem Passionis Christi; hinc Sancti omnes indesinenter ante oculos habebant Christum patientem, & Crucifixum. C. 1. Petr. 2. v. 23.

53. Renovatur ab ingrato peccatore.

Christus super vulnera sua conqueritur: *His plagatus sum in domo eorum, qui diligebant me.* Cur non potius conqueritur contra carnifices, Scribas, Phariseos, & iniquos Judices? Quia Judæa & Jerusalem erat domus eorum, qui profitebantur, se Christum seu Messiam amare super omnia. Quanto magis conqueritur Christus contra Christianos peccatores, eorumque ingratitude; he enim, quibus mille beneficia contulit, peccatis suis renovant eius passionem: superbi illum de novo spinis coronant: Avari de novo vendunt, impuri de novo flagellant, Ginter, Unus pro omni. conf. 141. n. 3.

Zach. 13.

Cornel. 1. Lap. lit.

Julius Cæsar cum a Bruto & Cassio amicis optimis vulneribus conficeretur, ubi irruentem in se Brutum, quem in filium adoptaverat, vidit, exclamasse fertur: *Et tu fili mi Brute!* Sic Christus lamentatur, cum Christianum peccare videt. Ginter ibid. n. 4.

S. VVicterpus Episcopus post mortem apparuit Sanctæ Herluæ Virgini, eique ostendit Christum toto corpore vulneratum, & sanguine persusum, ea figura, qua in passione a Pilato fuit populo exhibitus dicente: *Ecce Homo!* Exhorrui Sancta Virgo cruentum spectaculum, interrogavitque, quis crudelis optimum Servatorem adeo de novo fasciasset? respondit VVicterpus: Sic illum tractari a peccatoribus, & præsertim ab indigne communicantibus. *Nadasti. 8. Aprilis.*

CRUX, ET INSTRUMENTA PASSIONIS.

Crux.

54. Est signum vite.

In urbe Jerusalem, qui signati sunt signa Tau, vivi relicti sunt. B. Serm. 45. 87. Jacob manibus in crucem formatis benedictionem dedit filiis. En, per crucem benedictio æterna. S. punct. 58. fol. 185.

In

In medio paradisi plantata fuit arbor vite, cujus fructus hominem aut conservarent diutissime, aut fecissent immortales: Hac arbor vite fuit symbolum sanctæ crucis. C. Gen. 2. v. 9. fol. 70. 2.

Ipsa Crux Christi videtur habere quiddam immortalitatem; licet enim in millenas ac millenas particulas dividatur, dicitur nunquam deesse. D. 4. 46.

Quidam juvenis inter Barbaros captivus & summa turri in acervum cinerum cruce signatus desiluit & sine nocimento lapsus exiit: in fuga occupatur ab insectis barbaris: format crucem, & se insubibilem reddit. D. 4. 52.

In Japonia in scissis arboribus inveniuntur crucis imagines, que pro signo habebantur gloriosi martyrii, quod paulo post Dei famuli in persecutionibus ibi exantlarunt. R. cent. 3. p. 2. mir. 22.

Sanguis in positibus signatus in modum litteræ Tau fuit tesseræ, qua liberati erant Hebræi in Agypto ab Angelo interfectoris. C. Exod. 12. v. 12. fol. 425. col. 2.

Crux est quasi sigillum Christi, quo signat, & obsequat animis sibi dilectis, atque ab his quasi refingit sigillum diaboli, nempe mundanas voluptates. C. Aggæi c. 2. v. 24.

55. Est pignus salutis.

Beatitudo celestis comparatur denario Evangelico, quem receperunt operarii. Cur denario? numerus decem formatur ut crux X. en? crux est pignus salutis. B. Serm. 53. n. 19.

Patriarcha Abraham pro salute Sodomæ orans nonne parceres, ajebat, Domine, si quinquaginta justi sint in hac urbe! parcam, respondit Deus. Ab his quinquaginta Abraham descendit usque ad decem: cur non ulterius usque ad quinque? S. Thomas ait, fuisse singulare mysterium: nam numerus denarius tessera est salutis, salus esse non potest, nisi ubi denarius numerus est. En, ait S. Eucherius: numerus denarius formatur ut crux X, o felix locus, ubi crux Christi. B. Serm. 68. nu. 3. 4. 5.

Decima dies mensis septimi erit vobis (ita legit Origenes) dies propitiacionis. Numerus X est crux, est dimidia crux. O mira festivitatis, dies festus anime afflicti appellatur. S. punct. 47. fol. 182.

Patriarcha Jacob vidit Angelos proscamantem in calum ascendentes. Hæc scala crux est, in qua S. Perpetua Satyrum, & alios

orig. hom. 29. in hunc.

suos com-martyres ascendere vidit. C. Gen. c. 28. v. 12. fol. 227. col. 2.

Crux juxta opinionem multorum authorum fuit fabricata ex ligno Olivæ: Olivæ autem symbolum est pacis ac victoriæ. Ginter, Unus pro omni. conf. 6. n. 2. & 3.

Colonna Nobis & ignis duxit Israeliticæ per desertum, & mare rubrum: sic sancta crux ducit nos per tribulationes hujus mundi ad beatam patriam. Ginter, Unus pro omni. conf. 16. n. 2.

Igitur Crux est signaculum & tessera amicum, & electorum Dei, non fugienda, sed ambienda: Id docet 1. Christus, *Qui vult venire post me, abneget semetipsum.* 2. S. Paulus & Barnabas confirmabant animos discipulorum: *Quoniam per multas tribulationes.* Act. 14. oportet nos intrare in regnum Dei. 3. S. Jacobus: *Beatus Vir, qui suffert temptationes.* 1. Pet. 1. v. 12.

Quoniam cum probatus fuerit, accipiet coronam vite. 4. S. Petrus: *Christus passus est pro nobis, ut nos relinquere exemplum, ut sequamini vestigia ejus.* 5. S. Ignatius v. h. n. r. i. *Utinam fruar bestis, que ad me ad hunc dilaniandum preparatae sunt.* 6. S. Cyprinus: *Quid felicitas homini, quam inter ipsos carnifices confiteri Dominum?* 7. S. Gregorius Nazianzenus: *Omnibus diebus nos Deo sacrificemus, per passionem passionem imitemur, per sanguinem sanguinem (Christi) honoremus.* 8. *Supplicii me libenter offero.*

Mortem non timeo, qui nulla carnis voluptate retinetur, ait S. Ambrosius, & exemplum enarrat S. Petri: *Petrus Roma nodu egressus, & Christum sibi in porta occurrere videns, ait: Domine que vadis?* Respondit Christus: *Venio Romam, iterum crucifigi.* Intellexit Petrus, ad suam crucem pertinere hoc responsum: itaque sponte remeavit, & interrogantibus Christianis responsum hoc enarravit, statimque correctus per crucem suam honorificavit Dominum. His enarratis adjungit Ambrosius: *Athleta Christi non delicias, sed passiones exigit.* C. in Ezech. c. 9. v. 4.

In fronte signata pellit temptationes.

Goliath in fronte percussit: ait S. August. ubi crucis signaculum non habebat. S. punct. 27. fol. 156.

Sanguis Agni aspersus securas reddebat domos: ubi Rupertus: Sanguinem Christi in superliminaribus domorum ponimus, cum crucem passionis illius in fronte portamus. S. punct. 137. foli. 420. Mos antiquissimus Christianus. C. Phillip. 3. v. 18.

En.

En.

En.

En.

En.

En.

Et hæc causa est, cur dæmon crucem adeo exhorreat. Edmundus cum aliquando meditationem omisit, cubitum concedens apparentem sibi dæmonem habuit: voluit crucem formare, & ecce! dæmon utramque illi manus tenuit, fassus deinde, per crucem & sanguinem Christi maximum suo regno detrimentum irrogari. *E. Crucis signum*, n. 6.

Quæstio est cur Christus crucifigi voluerit? cur non lapidari, comburi, capite plecti? Sunt varæ rationes! Ex parte Judæorum, ut ejus nomen morte infamissima abolerent! Ex parte Dei, ut per crucem, quæ Judæis est scandalum, & gentibus stultitia, nos redimeret, & sic mundi stultitiam remedio contrario confunderet. Rationes morales sunt: ut Christus in sublimi pendens aerem a dæmonibus purgaret, & tanquam mediator plebs terreis reconciliaret. Sed ante alias placet ratio S. Augustini: *Noluit lapidari, aut gladio percuti, quia nos semper lapides aut ferrum nobiscum ferre non possumus, qui debi defendamur. Elegit vero crucem, quæ levi motu manus exprimitur, quæ contra inimici versutus munimur.* C. in Matth. 27. v. 35.

Primi Christiani & Martyres crucem in fronte signabant, Artanorum signata respuebant. C. Ezech. 9. v. 4.

57. Tribulationes omnes dulcescere faciunt.

Deus Movi ostendit lignum, ut aquas in deserto dulcoraret. O si sanctæ crucis virtutem agnosceremus, &c. S. punct. 47. fol. 182.

S. Bernardus contra inimicos crucis ita dicitur: Non vident balsamum suavitatis, quod fillat a cruce, &c. S. punct. 26. fol. 669.

Farinula Elisei dulcoravit omnem massam: ita crux Christi omnia advescit. S. lb. fol. 660.

Aqua piscina probatæ sanavit omnes morbos post motum Angeli: Quare? aliqui auctores putant, in ea piscina diu delituisse truncum ligni, ex quo dein fabricata fuit crux Christi. D. 4. 78. Guther Unus pro omnibus conf. 17. n. 2.

Cogitet homo in tribulatione constitutus, hanc crucem sibi quondam in morte & judicio ingenti solatio futuram: sicut enim vexillum militibus lætitiæ affectum explicat, hostibus terrorem: ita in judicio justis aspectu crucis lætabuntur: impij contremiscent. S. punct. 137. fol. 429.

Sancti in manibus habebant *Cytharas*, & *Phylas*, plenarum adamentorum: *Cythara* est symbolum Crucis & mortificationis: sicut in cythara chordæ distenduntur, & cruciantur: ita membra mortificantur, ut dulcem sonum coram Deo reddant. Tales fuere Martyres in equole distenti & pulsati. Item sicut cythara Davidis malum spirituum Regis Saul compescuit: ita crux Christi concupiscentiam, tentationes, animi maceriores, & inordinatas passionis compescit. C. Apoc. 5. v. 8.

Sancti Martyres in tormentis animantur, & confortantur crucis Christi meditatione: Ita S. Felicula, S. Ignatius Episcopus, S. Savinus & Cyprianus, S. Hæsteria, S. Vincentius & Peregrinus, & alii. C. Matth. 27. v. 35.

58. Prodest contra hostes etiam visibiles.

S. Joannes Capistranus, cum Turcæ Alban Regalem, tunc Belgradum, obsiderent, inter facientandum sagittam calicis delapsam accepit, in qua verba hæc scripta erant: *Esse consilium Joannes!* Proinde Germanorum, & Polonorum contra insensibilem hostem Dux factus, sanctam crucem illis prætulit, & insignem victoriam reportavit. Guther Unus pro omn. conf. 147. n. 5.

S. Udalricus Episcopus ope Sanctæ Crucis, quam Angelus illi de cælo attulit, cum Imperatore Orthone, innumerabilem Hungarorum exercitum fundit. Idem n. 6.

Similis Crux visitur in Monte sancto Andæ in Bavaria, quam Angelus Carolo Magno Imperatori de cælo attulit: hac cruce Imperator insignes victorias contra barbaros reportavit. Idem n. 7.

Crux in aere apparet Alphonsi Regi Portugallia, de immanis hostium multitudine trepidanti, eumque ad pugnam animat. Alphonsus non tantum victoriam retulit, sed barbaras etiam terras ad fidem convertit. Guther Unus pro omn. conf. 16. n. 3.

Flaud procul ab Ube Alexandrina immanis leo regionem devastat. S. Chryostomus in campo erigit crucem, & ecce! altera die leo ad pedem crucis mortuus invenitur. Guther Unus pro omn. conf. 26. n. 5.

Juvenis inter barbaros captivus & summa turri in acervum ceterorum crucis fixus sine monumento desilii. In fuga contra insequentes barbaros crucem format, & invincibilem se reddit. D. 4. 52.

59. Est.

59. Est necessaria ad salutem.

S. Augustinus Christum proponit ita loquentem: regnum calorum venale habeo. Quo emitur? respondet: paupertate regnum, dolore gaudium, labore requies, utilitate gloria, morte vita. In hac vita attenditur æqualitas pretii, non ibi, ubi pro momentaneo datur æternum. S. punct. 147. fol. 459.

Pro crucifigero, id est, pro cruce emittitur calum; sic latro emittitur: qui in cruce est, ait Chryostomus, pedem extendat solum, & in cælo est. S. punct. 27. fol. 661. Vide titulum *BEATITUDO*.

Qui vult venire post me, tollat crucem suam, ait Hugo: suam dixit, ne putaretur Christi crucem sufficere sine tua. S. punct. 26. fol. 657.

S. Thomas Villanova nomine Christi ita loquitur: Non peto sanguinem a te Christiane, non ulcera, non tormenta, non spinas, & verbera, sed tolle crucem tuam, &c. S. punct. 26. fol. 658.

Ecce quod remanet, pono ante te. Quid ergo remanet? ut ipse crucem tuam feras. S. punct. 27. fol. 661.

S. Augustinus: sive vir sive mulier, sive is qui præest, sive ille, qui alteri parit... & universa Ecclesia audire debet: *Si quis vult venire post me, tollat crucem suam*, &c. S. punct. 27. fol. 661.

Cum quondam Christiani ad portam æternitatis perveniret, repetetur illa questio, hi qui sunt & unde venerunt? nec prius aperitur porta cæli, quam responderi possit illud ipsum: Hi sunt, qui venerunt ex magna tribulatione.

60. Est signum, & tessera Christiani.

Mibi autem absti gloriari, nisi in cruce ait Apostolus: ubi S. Aug. Poterat gloriari Apostolus in sapientia Christi, in materialitate, in potestate: sed dixit: In cruce: ubi humilitas, ibi majestas, ubi infirmitas, ibi potestas, ubi mors, ibi vita &c. ideo in fronte tanquam sede pudoris signum crucis accepit. S. punct. 27. f. 651.

Simon Solus aliquando inter medicos sedens dixit: ecce! faciam magus ritum, efficiam enim ut huic Judæo vitrium, quem videtis vitra conflare, vitra omnia in frusta dissiliant. Quoties igitur Judæus vitrum & furno protulit, S. Simon crucem formabat, & vitrum ruptum est. Rudebant mendicij, & tandem Judæo causam sui ritus aperiebant: iste cum in san-

ctum Vitrum fuisse invehi vellet, audit ab eo hæc verba: Mi Hebræe, vitra tibi deinceps omnia frangentur, nisi Christianus fias. Quod & factum est. D. 3. 86.

S. Patritius, cum in quodam Hibernia campo invenit imaginem S. Crucis juxta duo sepulera recenter effossa erectam, de curru suo proclamavit: *Quis est hic sepulchrum?* respondit vox de tumulo: Ego sum gentilis & paganus. Cur ergo, quærebat S. Vir, tibi crux Christi addita est? Quia (subjunct sepulchrum) juxta me homo Christianus humatus est, cuius tumulo apponenda crux, meo per errorem infixæ est. His auditis S. Patritius statim de curru deliciens crucis locum mutavit, & Christiano suum insigne reddidit. P. Pexenfeld. Conc. Hist. p. 3. hist. 101.

Christiani gloriantur in cruce, eamque contra tyrannos & hæreticos publice profiterentur. C. in Ezech. 9. v. 4.

61. Dæmonem vincit & fugat.

David cythara ludens malignum spiritum in saule compescit: cythara erat figura crucis Christi, extensio nervorum erat chordæ. S. punct. 30. fol. 705, & M. conc. 22. ass. 1. n. 10.

Julianus Apostata, cum magicas incantationes faceret, apporem sibi habuit terribilem dæmonem: terribis repetebat signum Crucis, quod apud Christianos dicitur, & monstrum disparuit, Magis nil porro efficientibus. D. 4. 26.

S. Chryostomus in illas Matres, quæ ad tollenda puerorum fascina cinerem fuliginem, salem & vetulas usurpant, graviter invehitur, illisque suaderet ut sanctæ crucis. D. 6. 44.

Magi Japonenses contra regem Christianum nomine Tobiam dæmones evocant, sed isti omnes a Tobia signo crucis in fugam aguntur, Magi terroribus & periculis involuntur. R. cent. 3. mir. 32.

Juvenis Japonensis Christianus diu a sacrificiis ludificiosis provocat omnes illorum artes, ut, si possent, sibi per dæmones nocerent. Illi fecerunt suas incantationes, iste autem signum crucis fecomunit, & incolum mansit. Populus omnis exhibuit infirmitatem Magorum. R. cent. 3. p. 2. mir. 19.

Agnus S. Regula a dæmone invadentis, pede in terra crucem format, & sic dæmonem fugat. E. Crucis signum, n. 7.

Cyprianus antea Magus non potest Julianam Virginem ad impuros amores tra-

Hum-

flammare: causam querens ex domone, audit, quod ille, id est daemon, Christianis cruce munitis nocere non possit. Hac audiens, conversus ad fidem cum S. Virgine Justina Martyr factus est. N. 26. 509.

62. Varii figuris praesignata.

Jota unum aut unus apex non praeteribunt: ubi S. Chromatius Aquilejensis: Jota est linea recta, apex transversa, adeoque crux. In Jota & apice crucis Sacramentum potest intelligi, quia jota & apex quaedam in se crucis imaginem ostendunt. Caelum & terra transibunt, virtus crucis non deficiet. M. conc. 33. an. 3. n. 3.

Disputant auctores, ex quo ligno fuerit crux Christi: aliqui putant fuisse ex palma, alii ex ilice, alii ex lignis Setim; sed tandem nescitur ejus generis lignum illud fuisse. Dicit potest fuisse materiam caelestem, & immortalem &c. D. 1. 6. VV. art. disc. font. 56. ex. 4.

Altare holocaustorum fuit figura S. Crucis 1. quia extra tabernaculum in aërio erectum: ita Christus extra castra, id est, extra Jerusalem crucifixus: 2. fuit ex lignis Setim incorruptibilibus: ita caro & crux Christi non vidit corruptionem. 3. Altare habuit quatuor cornua, ita crux Christi ad quatuor orbis partes diffusa. 4. In hoc altari quotidie immolabatur agnus: ita Christus in cruce fuit immolatus. C. Exod. c. 27.

In urbe Jerusalem qui signati fuerunt signo Tau, securi erant ab Angelo exterminatore: O quot salvandi sunt in mundo, cum ipse mundus, ait S. Hieronymus, plenus sit crucibus! aves in alto volantes expriment figuram crucis, navis antena cruci est assimilata, homo brachii expansi habet formam crucis. In fine mundi Crux erit signum Dei oppositum signo bestiae, id est, Antichristi: Beati, qui crucein fronti, & animo imprimunt, id est, qui crucein Christi tollunt, passiones edomant, erga proximos caritatis passione cruciantur. Signati estis in diem Redemptionis! C. in Ezech. 9. v. 4. an. 1.

63. Est summe estimabilis.

Assumpti duodecim suos secreto, & ait illi: Ecce, cur passionem suam secreto illis credidit? S. Chrys. ait, quia pretiosior thesaurus reponitur in melioribus locis secreto: ideo thesaurum suae crucis committit discipulorum cordibus secreto. M. conc. 33. an. 3. n. 4.

De cruce collegerunt SS. Martyres suos virtutum, & fortitudinis thesaurus, uti S. Felicula, S. Ignacius Martyr, S. Cyprian, S. Vincencius &c. C. in Matt. 27. v. 35.

S. Thomas de Villanova ait: Crux blanda, crux dulcis, crux suavis & delictiosa est: summa opulencia est pauperum Christi, & summa gloria contumelia pro Christo. S. punct. 27. fol. 659.

Moscovita crucein collo pendulam gerunt, & si illa ultra pectus dependeat, indignum arbitrantur. Monachi Abyssinae crucein continuo in manibus portant, ceteri in fronte, cum autem in bellum progrediuntur, viginti cruceis sibi praeferrunt. Jacobita in Armenia infancibus in baptismo crucein fronti inurunt. Theodosius prohibet crucein in terra in lapidibus aut scripturis formari, ne conculectur. Idipsum fecerunt Pius IV. S. Carolus Borromeus, & alii. D. 2. n. 9.

Haud procul ab urbe Meliapor in India invenitur faxea Crux, supra quam S. Thomas Apostolus fuit lancea confossus, illa multis miraculis clara magnis in honoribus habetur. R. cent. 3. p. 2. mir. 42.

Beatissima Virgo Filium suum Divinum S. Agneti de Monte Politiano in brachia dedit, & in signum amoris eidem crucein, quae collo Filii sui pendebat, donavit. Haec crux adhuc singulis annis Prima Maji populo ostenditur. N. 15. Aug. Suffren 20. April.

64. Est solatio in morte.

Elias fugit mortem, & dum ad arborem venit, operat mori: ubi Rupertus: confugit ad vivificum crucein lignum, illic ambit mortem, illic festinat commorari Christo. M. conc. 41. §. 4. n. 15.

Crux Christi significat per lignum vitae, in quo Christum in paradiso fecisset immortalem; ideo morientibus in manus porrigitur, tanquam dux, & testera immortalitatis. C. Gen. 2. v. 9.

S. Francisus de Paula feria sexta Parasceves mortuus, crucein constanter manibus tenens, spiritum in manus Domini magna cum confidentia & solatio emisit. Vates Regius exclamavit: Exultabunt Sancti in gloria, ubi S. Hieronymus legit: Exultabunt Sancti in cruce. Ginth. conf. 105. n. 5.

In hoc baculo transibit Jordanem! Jordanes idem est ac iudicium, per baculum autem intelligitur S. Crux! O Christiane, post omnes mundi delicias, & divitias,

in morte unicum solatium tibi supererit sancta Crux! &c.

Crux in millenas particulas divisa non decrevit, adeoque est symbolum immortalitatis; quid nictiam sit testera beatae immortalitatis: Gint. Unus pro om. conf. 6. n. 4.

Instrumenta Passionis.

65. Ubinam locorum asseruntur.

Cum Veneti urbem Constantinopolitanam, a Saracenis liberarunt, & Imperator Balduinus pecuniam non haberet, qua suos liberatores praemiaretur, lanceam, spongiam, & frustum crucis quibusdam mercatoribus oppignoravit pro ingenti pecunia, quam dein Venetis distribuit. At S. Ludovicus Rex Galliae redemit sacrum thesaurum, & Parisiis in facello regio deposuit, cui eodem anno Balduinus Imperator, etiam coronam spineam donavit. F. p. 3. l. 6. f. 181.

Sacra Syndon, in qua Christi corpus sepultum erat, Taurini in Sabaudia asserunt. Ginth. Unus pro om. conf. 44. n. 3. D. 1. 6.

Tunica virgini, quam Beata Virgo convellit, & cum Christo crevit, asseruntur Treviris. Ginth. Unus pro om. conf. 68. n. 3.

Joannes Columna Cardinalis ab Honorio Pontifice Christiani exercitus legatus, in Aegypto Heliopolim expugnavit, & Romanorum tropaeum reportavit, videlicet columnam, in qua Christus flagris caesus fuit, quam in templo Sanctae Praxedis erexit. C. Ita. c. 50. v. 6.

Constantini Imperatoris clavum Christi in frantum sui equi aptari iussit. D. 17. D. 4. 46.

Spongia una est Romae apud S. Joannem in Laterano, altera Parisiis, sanguine tincta. D. 3. 10.

Beata dicit, Solymae asserari calicem, in quo Christum consecravit in cena, una cum spongia, qua potus illi fuit oblatus, alii putant illum calicem esse Valentiae in Hispania. Pelvis, in qua Christus lavit Apostolorum pedes, facta est in Crucifixi imaginem cupream, asseratam in Insula Rhodus.

Mappa mensae in cena adhibita est Ullipone. D. 6. 38.

Bizantii in templo S. Joannis ostenditur particula de Zona Christi.

Apud PP. Carthusianos S. Mariae de Arriago, particula de pallio Christi, cujus sinitria tactu mulier sanata fuit. D. 9. 96. In Monasterio S. Nicolai in Sicilia, quod plane inter Monasteria, quae Ordo

S. Benedicti habet, nulli pulchritudine cedat, asseruntur clavus, quo Christus Dominus fuit cruci affixus.

Cum Christus Dominus de cruce fuit depositus, vulneratum corpus B. V. Nicodemus & alii aqua lavarunt, & eam in subiecta pelvi asserarunt, qua temporis deinde successu concreta, & in massam redacta sanguineam, admixto hinc inde aequo colore, suis Brugenibus in Pandrino Balduinus Rex Hierosolymor. ex Palestina per Abbatem S. Bertini transmisit. Brugenis summa industria, hunc thesaurum, adjuvante Deo, contra Gethcorum furorem asserarunt, & hodie asserant, & venerantur. Costerus de Pass. Dom. med. 49.

CRUCIFIXUS.

66. Deducat peccatum sua Passione.

S. Sanctus Vincent. Ferr. parabola affert: fuisse duos fures, qui in urbe surandi causa tenderent, cum vero fures in patibulo ipsius Pratoris filium pendere cererent, rigorosa iustitia terribi regressi sunt. Dei Filius cur in cruce patibulo pendet? ad Paul. propter nostra peccata, quem proposuit ad ostensionem iustitiae. B. Ser. 5. nu. 29. 30. Item Ser. 12. n. 14.

Tres amici venientes ad Jobum nec verbulo illi colloquuntur: Quare? quia obstupescerent cogitabant: si Deus cum innocente tam severe agit, quid nobis metuendum erit? B. Ser. 13. §. 9.

Rex Moabitum, dum in moenibus filium immolat, hostes obidentes fugat: tu dum vides immolari Filium Dei non fugis peccata. S. punct. 27. fol. 697.

Cum Absalon in praeco fuit fufus, & in fuga ex illice capillis haesi, nunciavit hoc quidam Joabo: Vidi Absalon pendere de quercu. Cui Joab: si vidiisti, quare non confodisti eum cum terra, & ego dedissem tibi decem argenti siclos, & unum balneum? Nuntius autem respondit: si penderem in manibus meis mille argenteos, nequaquam mitterem manum meam in filium Regis. Sic tu, mi Christiane, comparatus esto: vides in cruce pendere, non rebellem Absalonem, fed missillum Patrem, ah! pro toto mundo non mitte manum tuam in illum, id est, non offende peccato; filius enim Regis est, & Redemptor tuus &c.

Filius Jacob innocentem fraterculum Joseph exitiali odio persecuti, illum in servitum vendiderunt, utque crude facinus palliant, tunicam illius sanguine intrin-

Lancea Spongia Frustum crucis.

Corona spinea. Sydon Sepultura.

Tunica Christi.

Columna Basiliensis.

Clavus.

Spongia.

Calix.

Spongia.

Pelvis.

Mappa mensae.

Zona & pallii particula.

Clavus.